Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

composuit. et ipse eius de causa iudex est. qui aduocatus.
Preci autem quam composuit conditionem inseruit dicens. Di
mitte nobis debita nra sicut et nos dimittimus debitoribus
nris. Qua ergo ipse iudex uenit qui aduocatus extitit.
ipse precem exaudit qui fecit. Dicit ergo nos faciente dicimus.
dimitte nobis debita nra sicut et dimittimus debitoribus
nris. et nos metipsos hoc dicendo amplius ligamus. aut
fortasse hanc conditionem in oratione intermittimus. et ad
uocatus nr precem quam composuit non recognoscit. atq;
apud se primus dicit. scio quid monui non est ipsa oratio
quam feci. Quod ergo nobis agendum est fris. nisi ut uere ca
ritatis affectum impendamus. fribus. Nulla in corde ma
litia maneat. consideret omps ds erga proximum caritatem
nram. ut nris iniquitatibus impendat pietatem
suam. Memento quid monemur. dimittite et dimittetur
uobis. ecce et debetur nobis et debemus nos. Dimittamus quod
quid debetur nobis. ut dimittatur quid debetur a nobis. Si ad hec
mens renitit et uult implere quod audit et tamen reluc
tatur. Ad martyris tumba consistimus. qui ad celeste
regnum ex qua morte peuenerit scimus. Nos si pro xpo cor
pus non ponimus. saltem animum uincamus. placat deum
isto sacrificio. approbat in iudicio pietatis suae victo
riam pacis nrae. certamen cordis nri aspiciat. et qui post
uincentes remunerat nunc decertantes iuuet. per
ihm xpm dnm nrm qui uiuit et regnat ds in uni
tate spsi sci p omnia secula seculorum a o e y.
Lectio sci euangelii secdm lucam.